Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lexicon Graecolatinvm Novvm

Scapula, Johannes
Zwinger, Jacob

Basileae, 1628

Licentia Poetica

urn:nbn:de:bsz:31-107465

Visual Library

In Poetarum deſcribenda licentia, eorum duntaxat meminerimus, quæ præter alias dialectos, & vſum cõmunem metri cauſa diuerſimodè extulerũt. Ergo Tempora Verborum in σκον, σκες, σκε terminare, frequenti conſonantium diplaſiaſmo gaudere, non Poetarum licentia eſt, ſed vtrumque Aeolicorum conſuetudinis. Ita datiuorum pluralium Quinta ſimpl. à nominatiuo formationem Ionibus & Aeolibus relinquemus, & id tantùm Poeticum cenſebimus, quod diuerſarum Græciæ nationum Poetæ communi licentia, præter vſum vulgarem Oratorum, Hiſtoricorum, Populi, metri conſtituendi gratia adhibebunt. Ergo heic quoque generaliſſima diuiſione conſiderabimus &

- Significationes vocum Poeticas, eaſque vſitatis aliquot ſcholarum ſchematiſmis, exempli gratia, determinabimus:
  - Metaphora. Sic ἀνθεῖν florere ſignificat: Poeticè gaudere, θάλλειν. Δόμος, domus eſt apud Heſiodum, delinum. Καλιὰ nidus: Poet. domus. Φυὴ, natura, vel indoles. Poet. ætas.
  - Metalepſi. Sophocles per ἀργύρεον, argentum ſignificat auaritiam. Ait Homerus ἔῤῥε κακὴ γλήνη pereat timida virguncula. Cum enim γλήνη, ſignificet κόρην, pupillam & κόρη quandoque virginem: per metalepſin voci γλήνη, eandem virginis ſignificationem tribuit.
  - Synecdoche. Ὀφρὺς, ſupercilium, apud Homerum totum Caput ſignificat. Δρῦς, quercus: Poet. non rarò quæuis arbor, vt etiam vitis dicatur δρῦς οἰνοχύτων. Heſiodus voce πάνδαλον, temo, omne ruſticum inſtrumentum intelligit.
  - Metonymia. Apud Homerum Apollo ἔδωκεν τόξον Pandaro: id eſt, τοξικὴν ἐμπειρίαν. Per δημήτηρα Cererem, intelligunt Poetæ fruges. Per μούσας, quæ Deæ ſunt tutelares liberalium artium, Artes ipſas.
  - Cathachreſi. Heſiodus per βασιλῆα regem, abuſiuè quemuis iudicem intelligit.
  - Periphraſi. Iouem vocant Poetæ μακάρεσσιν ἀνάσσοντα, beatis imperantem. Muſas τέκνα Διὸς filias Iouis. Cygnum παῖδα ἐνυαλίοιο ἄνακτος filium regis Martis. Inuiſibilem appellant ἠέρα ἑσσάμενον, aere indutum.
- Voces ipſas quatenus à ſoluta lingua diuerſa ſunt: Vel
  - Vna duntaxat earum
    - Omnino. Κρίζει ſtridebat, λίγξε ſonuit, Poetica verba eſſe videntur, per onomatopœiam facta. In compoſitionibus inprimis licentiam ſuam exercuerunt Poetæ. Λακκόπλουτος, ex foſſa locupletatus quam vocem Plutarchus in Ariſtidis vita, ex Comicis adducit. Κομποφακελορήμων granibus & ſeſquipedalibus verbis vtens, apud Ariſtophanem legitur. Ψαμμακοσιογάργαρα innumera & infinita. Huc referri poteſt Hegeſandri Epigramma, quod extat apud Athenæum lib. 4. aduerſus Philoſophos:

      Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινοκαταπωγωνίαδαι,
      Σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι,
      Ἑιματανωπερίβαλλοι, ἀνηλιποκαιβλεπίλαροι,
      Νυκτιλαθραιοφάγοι, νυκτιπατῆται πλάγιοι,
      Μειρακιεξαπάται, καὶ συλλαβοπευσιλαβηταί.
      Δοξομάταιοσοφοὶ, ζητααρετονίδαι.

  - Ex parte, quod oſtendemus in
    - Species adhibitis iis, quæ generatim dicentur, ad ſingulas Orationũ partes. Vide ſign. A.
    - Generatim tum
      - Ortographia quatenus vox aliqua ad metrũ aptius conſtituendum literis
        - Augentur
          - Initio, tum Litera, Γ. vt, γδοῦπος pro δοῦπος. tum Syllaba, A. vt, ἄαζα, pro ἄζα, E. vt, ἐείκοσι pro εἴκοσι. Προ: vt, προπάροιθεν pro πάροιθεν.
          - Medio: tum Litera, I. quæ frequenter vtuntur: vt, ἀγροιῶν pro ἀγρῶν, γελοίω pro γελόω, εἴρεον pro ἔρεον. Υ: vt, ἀχεύω pro ἀχέω. K: vt, ἐκχεὶς pro ἐχεὶς. Σ ad o aut aliam vocalem breuem adjiciunt ſi plures in eodem compoſito occurrant: vt. θεσόδοτος pro θεόδοτος, δινόσπολος pro δινόπολος, tum Syllaba, A: vt, κεράατος pro κέρατος. E: vt, ἐθελέμεναι pro ἐθέλειν. E I. vt, θαμειός pro θαμός, ἀφνειὸς pro ἄφνος. H: vt, θηιός pro θεός.
          - Fine, Syllaba. E: vt ἠὲ pro ἤ. Θεν: vt, πάροιθεν pro πάρος. Ο: vt, μίνυθε pro μινύω, à nomin. μίνυς. Φι: vt, στρατόφι pro στρατός.
        - Minuuntur
          - Initio Litera, Σ: vt, κεμάνδεσσιν pro σκεμάνδεσσι. Syllaba, Ει: vt, πίστατο pro ἐπίστατο.
          - Medio Litera, I. vt, ἀγέρω pro ἀγείρω. Υ: vt, δίπτος pro δίπτυος, in compoſitis à πτὺξ. Γ: vt, φάρυξ pro φάρυγξ. Δ: vt, μόλιβος pro μόλιβδος. A: vt, ἀχλυός pro ἀχλυόεσσα. Syllaba, A: vt, ἴκελος pro εἴκελος. E: vt, ἔπλε pro ἔπελε, δήοισι pro δηιόωσι. O: vt, τίπτε pro τί ποτε, θεόκολος pro θεηκόλος. Ω: vt, ἐκάτερθεν pro ἑκατέρωθεν. Κα: vt, δέδοιγμεν pro δεδοίκαμεν, ἔοιγμεν pro ἐοίκαμεν. Νε: vt, ἀμώνα pro ἀνεμώνα. Pε: vt, ἔξαιτος pro ἐξαίρετος. Συ: vt, διάκοσι pro διακόσιοι.
          - Fine Litera, N: vt, πρόσθε pro πρόσθεν. Σ: vt, πολλάκι pro πολλάκις. Syllaba, A: vt, ἀνδάνω pro ἁνδάνω. E: vt, ἐλδόμαι pro ἐέλδομαι, δῶ pro δῶμα, ab ἕατος, ἕαρος. Ον: vt, ἦρι pro ἦριον. Μον: vt, πρόφρον pro πρόφρονον.
        - Mutatur, per ἀντιστοιχίας. Vide ſign. B.
      - Proſodiam, Poetæ enim
        - Quantitatem ſyllabarum metri gratia mutant, longas corripiunt, breues producunt, ancipites vel corripiunt, vel producunt tantum: de quo conſulantur libelli, ea de re ſcripti.
        - Accentus etiam mutant, & Ex inflexis acuta faciunt in datiuis pluralibus pronominum: vt ἄμμιν pro ἡμῖν, ὔμμιν pro ὑμῖν. Præterea, omnes præpoſitiones diſſyllabæ poſtpoſitæ ſuis nominibus, transferunt tonum apud Poetas: vt, μέγαρα κάτα. Sed in oratione ſoluta περὶ duntaxat poſtponitur nominibus, & tonum transfert: vt, τούτων πέρι. Sic Varenius.
        - Spiritum aſperum quandoque relinquunt literæ ρ in medio dictionis, quando prius ρ metri cauſa abjicitur: vt, ἄρηκτον pro ἄρρηκτον, ab ἀῤῥήκτον.
        - Apoſtrophos negligunt: vt, ἀπαιρεῖσθαι pro ἀφαιρεῖσθαι.
- Plures, de quibus conſule ſign. C.

LICENTIA POETICA.

- **B.** Mutant *ergo literas Poetæ, tum*
  - Forma, *quatenus alia in aliam mutatur,*
    - Vocalis
      - Vna
        - A in O & Ω: vt, ὁρόω pro ὁράω, ὁρόω pro ὁράω. *Niſi dicamus o & ω poſt contractionem ſcriſecus poeticè aſſumi.*
        - E in
          - H: vt, ἀπτός pro ἀετός.
          - Ω: vt, τρωπάω pro τρέπω. *Eiuſmodi enim τρέπω ε in ω tranſſumitur.*
        - H in
          - E: vt, ξηρός pro ξηρός, νοστηρός pro νοσηρός.
          - EA: vt, ἠέγλην pro ἤγλην. *Hoc nonnulli Atticis adſcribunt.*
          - EY: vt, ἀρεύς pro ἄρης.
        - O in
          - H: vt, θεηλάτος pro θεοτόκος *in Compoſitis inprimis, ne tot breues concurrant.*
          - EY: vt, εὐ ρογχος pro ὑπό ῥοχέος.
        - Ω in O: vt, δίρυχος pro δίρυχος.
      - Plures
        - EE in E: vt, δημοθένε pro δημοσθένεε.
        - EO in EY: vt, πολεῦς pro πόλεος.
    - Diphthongus,
      - AI in H cum iota ſubſcripto: vt, σῆλαι pro σαῖλαι.
      - EI in
        - EÏ per diæreſin: vt, θεΐος pro θεῖος.
        - EE: vt, ἔεργω pro εἴργω.
      - EY in
        - EŸ per diæreſin: vt, ἐΰζος pro εὖζος.
        - HŸ per diæreſin: vt, ἠΰκομος pro εὔκομος.
      - H cum iota ſubſcr. in HÏ per diæreſin: vt, κληΐδιον pro κληδίον.
    - Conſonantes. *Tenues enim mutæ & aſpiratæ abeunt in medias: vt, δίδωμι pro δίδωμι, ἔγρηγορθαι pro ἐγρήγορθαι: Quamuis etiam γ medium in χ aſpiratam abeat: vt, ἀνώχθι pro ἄνωγε.*
  - Situ *& ordine per*
    - Metatheſin: vt, ἔμμορα pro μέμορα, ῥέρεθα pro ἔρριθα.
    - Hypertheſin: vt, δέρφος pro δίφρος, ὑπείροχον pro ὑπέρεχον. *Quamuis dici poſſit compoſitum eſſe à præpoſitione ὑπεὶρ poetica, & ἔχον abiecto augmento pro εἶχον.*

- **Z.** Speciali *examine affectionum Poeticarum, conſideranda ſunt Orationis partes:*
  - ARTICVLVS
    - Præpoſitiuus
      - Liberum *eſt Poetis articulum ſeruare integrum, etiamſi vox cui ſeruit, dialecti alicuius formam induat: vt, τὸ λόγοιο pro τοῦ λόγοιο, Gualtperius.*
      - Τοῦ *pro* τίνος *interrogatiuo poeticè habet* τεῦ *vel* τέο.
      - Datiuus *pluralis* τοῖσδε *poeticè habet* τοῖσδεσι *vel* τοῖσδεσσι.
    - Poſtpoſitiuus. *Pro* ὅς *dicunt* ὅς *Poetæ: item* ὃ *abiecto* ς*: quod alij Dorienſibus tribuunt.*
    - Compoſitus. *Dicunt Poetæ* ὅτις *pro* ὅστις *vel* ὅττινας*. Item* ὅττεο *pro* οὕτινος *vel* ἅττα*:* ὅτινας *pro* οὕστινας*. Datiuum etiam pluralem* τοῖσδε*, compoſiti* ὅδε*, efferunt addita* σι*: vt,* τοῖσδεσι *vel* τοῖσδεσσι *pro* τοῖσδε.
  - NOMEN, *eiuſque accidentia:*
    - Qualitas. *Adiectiua noua fingunt Poetæ: vt,* δώτης*,* δώτειρα*:* πρέσβυς*,* πρέσβειρα.
    - Species:
      - Comparatiua *& Superlatiua. Hæc apud Poetas vel*
        - Viſitata *mutatur, per ſyncopen: vt,* πλέων *dicunt Poetæ pro* πλείων*;* ῥήϊος *pro* ῥηΐδιος*. Per Hypertheſin etiam: vt,* χερείων *pro* χείρων *aſſumpto* ε.
        - Noua *finguntur,*
          - Poſitiuis. *Solent nonnunquam Poetæ à nominibus adiectiuis, vel ſubſtantiuis, vel aliis etiam partibus orationis, præter vſum communem, nouos formare Comparatiuos & Superlatiuos: vt,* κακώτερος *à* κακός *pro* κακίων*:* φίλιστος *pro* φίλτατος *à* φίλος*:* θεώτερος *à* θεός *apud Homerum:* ἀρείων *ab* ἄρης*, mars:* βέλτερος *pro* βελτίων *à* βάλλω*:* μονώτατος*, à* μόνος*, ſolus, &c.*
          - Comparatiuis: *vt,* χερειότερος *vel* χερειότερος *à* χερείων*:* ῥηΐτερος *à* ῥᾴων*,* ἀσσοτέρω *ab* ἄσσον*,* προτεραίτερος*, à* πρότερος*,* λωΐτερος *à* λωΐων.
          - Superlatiuis: *vt,* ἐσχατώτατος *ab* ἔσχατος*:* χειρότερος *à* χείριστος.
      - Denominatiua. *Numeralia nonnunquam aliter efferunt Poetæ: vt,* δοιώ *&* δοιοί *pro* δύο*, teſte H. Stephano. Anteſignanus Poetas ait* δύω *dicere per omnes caſus, præterquam in datiuo: pro quo communis* δυοῖν*, ipſi dicant* δοιοῖν*, & genitiuum pluralem* δυῶν*. Dicunt etiam* πίσυρες *&* πίσυρα*, pro* τέσσαρες *&* τέσσαρα*:* δυοκαίδεκα *pro* δώδεκα*,* πεντηκόντων *pro* πεντήκοντα*, vt idem obſeruat Anteſignanus.*
      - Patronymica.
        - In *Patronymicis frequenter apud Poetas occurrit epentheſis literæ* α*, ſi maſculina fuerint, literæ verò* η*, ſi fœminina: vt,* πηληϊάδης *pro* πηλείδης*,* καδμηΐς *pro* καδμίς.
        - Nonnunquam *per ſyncopen efferunt Patronymica: vt,* ἠετίδης *pro* ἠετιωνίδης.
    - Genus. *Poetæ, vt annotat Euſtathius, mutant genera: vt,* αἱ κέλευθα*, pro* αἱ κέλευθοι*.* τὰ μηρὰ *pro* τοὺς μηρούς*. Hoc quamuis aliis quoque dialectis ſit vſitatum, obſeruari tamen debebit, quibus in dictionibus ſoli Poetæ id agant.*
    - Declinatio, *de qua ſigno D.*
  - RELIQVAS *partes orationis,* Pronomen, *ſigno* E. Verbum F. Aduerbium, Coniunctio, Præpoſitio, G. D. Declina-

D. Declinatio nominum Poetica diuerſa eſt ratione tum

Terminationis, quam vel

Mutant Poetæ: vt ſpecies quãdoque declinationis etiam immutetur. Terminant ergo in

Αος, pro ως: vt, φάῳ, φάῳ, φάως, pro φῶς φωτός.

Ας: pro ις: vt, δῆρας, δήρατῳ vel δήρας, δήρατῳ, pro δῆρις, δήριῳ, & per metatheſim Poeticam δήρας. *Hoc δῆρις alias etiam poetice effertur per ος,δήριος, δήριῳ, δήρεος, vt ſit prima Contractorum. Sic etiam* Γόνας, γόνατῳ *pro* γόνυ γόνυῳ, *& poeticè* γουνός. Κάρηας, καρήατῳ, *&* κρας κρατός *pro* κάρηνον, κάρηνου, *caput.*

Ευς, pro ως: vt, αἰγοκερεύς pro αἰγόκερως: pro ης: vt, ἄρευς pro ἄρης: pro ων: vt, γηγενεῦς pro γηγενέων: pro ας: vt, βορεῦς pro βορέας: pro ος: vt, παντοφονεῦς pro παντοφόνῳ, ὑδροχοεῦς pro ὑδροχόῳ.

Ις pro υ: vt, αὖλις pro αὐλή: φῆμις, φήμιδῳ pro φήμη: pro ιν etiam: vt, ῥὶς pro ῥὶν, δελφὶς pro δελφίν.

Ηι, pro ευς, vt, Ζῆν, Ζηνός, pro Ζεὺς, Διός, &c. *Huius alij adhuc octo nominatiui inueniuntur apud Poetas, nempe* Δεὺς, Βδεὺς, Ζὰν, Ζὲς, Δὶς, Δὰν, Διὸς *à quo vltimo fiunt communes obliqui* Διός, Διΐ, Δία.

Ηύς, pro αυς: vt, γρηῦς pro γραῦς, νηῦς pro ναῦς, *& in Accuſatiuo* νῆα, γρῆα, *pro* ναῦν, γραῦν.

Φι. *Poetæ nonnunquam adijciunt nominibus per paragogen ſyllabam* φι *ſeu* φιν, *vltima vel non mutata, in deſinentibus in* η *vel* α: *vt* εὐνῆφι *pro* εὐνῇ, οὐρανόφι *pro* οὐρανία: *vel mutata: ſic quidem, vt* α *vertatur in* η *& prima contractorum in* ας, ες *& eſt verſa ſimplicium, vltimam conſonantem amittant: ut quintæ ſimplicium formæ prius genitiuo, in locum abiecti* ε *acquirat tum primum ſyllabicam illam adiectionem:* vt, βίηφι pro βία, στήθεσφι pro στήθεῳ, στρατόφι pro στρατός, ὀστεόφι pro ὀστέον, κοτυληδονόφι pro κοτυληδόνων, *à genitiuo* κοτυληδόνῳ.

Eandem ſeruant, ſed declinationis ſpeciem mutant: vel ſaltem obliquorum formationem:

Ex *tertia ſimplicium faciunt quintam:* vt, πολύς, *genit.* πολλοῦ. *Poeticè regulariter formatur* πολέῳ, *tanquam* ὁ πολεύς, ὁ ὑς.

Ex *quinta ſimplicium faciunt quartam:* vt, γέλως, γέλωτῳ, *& poeticè* γέλω, γέλῳ, *&c.*

Ex *prima contractorum faciunt primam ſimplicium aut quintam:* vt pro ἄρης ἄρεῳ dicunt ἄρης, ἄρῳ: vel ἄρης, ἄρηῳ. *H. Stephanus annotat* ἄρῳ *non legi, quamuis illius præter Anteſignanum & alios grammaticos, etiam Laſcaris meminerit.*

Ex *ſecunda contractorum fit Quinta ſimplicium:* vt pro οἶς, οἰὸς, *Poetæ dicunt* ὄϊς, ὄϊῳ: vt, φθὶς φθειδῳ. *Dicunt etiam per ſynæreſin* οἶς, οἰός.

Licet *declinationis eadem ſpecies maneat tamen ratione penultimæ aliter nonnunquam obliqui à Poetis formantur:* vt, χάλις, χάλιδῳ vel χάλιεῳ pro χάλιτῳ: θέμις θέμιτῳ & θέμιστῳ pro θέμιδῳ: χείρ, χερός, χερί pro χειρός, χειρί. *Henricus Stephanus ridet Anteſignani genitiuum Poeticum* χάλιδῳ *vel* χάλιεῳ, *quod nulli bonorum auctorum inueniatur. Legitur tamen is non apud Ceporinum duntaxat, ſed etiam apud Laſcarem.*

Caſuum, in declinatione

Simplicium

Prima:

Genitiuum *ſingularem primæ ſimplicium terminant Poetæ in* ω: *vt,* ἀγρέω *pro* ἀγρέω. *Notari heic poteſt canon, qui apud Etymologum legitur: In metro Heroico genitiui rectorum in* ης, *nõ in* ου *fiunt, ſed vel in* εω: *vt,* πηληϊάδεω *pro* πηληϊάδου. *Vel in* αο: *ὀρέσταο pro* ὀρέστου: *vel etiam aſcito iota ad* ι *fit* οιο: *vt,* πηληϊάδαιο. *Hæ tamen formationes non ſunt propriè Poetarum, ſed Ionum vel Æolum.*

Datiuum *ſingularem nonnunquam efferunt Poetæ terminatione quintæ ſimplicium:* vt, αὐδῇ pro αὐδῇ.

Secunda: *Datiuus ſingularis effertur poeticè more datiui quintæ ſimplicium:* vt, τῷ ἀλκὶ pro ἀλκῇ.

Tertia: *Datiuum & Accuſatiuum ſingularis, Nominatiuus, Datiuus & Accuſatiuus pluralis nonnunquã poeticè fiunt quintæ declinationis:* vt, τῷ κλάδῳ pro τῷ κλάδῳ τῷ δεσμῷ, pro τῷ δεσμῷ τῷ λιτὶ pro τῷ λιτῷ, τῷ μελικράτι pro τῷ μελικράτῳ, τῇ παρθένι pro τῇ παρθένῳ, *tanquam à nominatiuis,* ὁ κλάς, ὁ δίχαλις, ἡ λίς, τὸ μελίκρατον, ἡ παρθένος. *Sic etiam* τὴν λῖτα *pro* τὸ λιτὸν, ἰκτῖνα *pro* τὸ ἰκτῖνον, *tanquam ab* ἰκτὶν. *Et,* προσώπασι *pro* προσώποις. *Item* προσώπατα *pro* πρόσωπα, κρίνεα *pro* κρίνα.

Quarta: *Genitiuus ſingularis per paragogen Poeticam acquirit* ο, vt, μίνυο pro μίνυ, πιτύο pro πιτυῦ.

Quinta:

Nomina *in* ις *&* υς *puri genitiui, formant poeticè Accuſatiuum ſingularem in* α: vt, δόρυα pro δόρυν, ὄφια pro ὄφιν, δρύα pro δρῦν.

Accuſatiuum *nonnunquam concidunt Poetæ contra communem aliorum vſum:* vt, θύγατρα pro θυγατέρα.

Vocatiuus *oxytonorum in* ις, ιδῳ *formatur poeticè à nominatiuo, abiecto* ς: vt, ἀμαρυλλίς, ἀμαρυλλίδῳ, *in Vocatiuo poeticè* ἀμαρυλλί.

Nominum *per* ντ *declinatorum Vocatiuus in* αν *vel* ων, *poetice amittit* ν: vt, ὦ λαοδάμα pro λαοδάμαν, ὦ ἄνα pro ἄναξ, ὦ σιμοῦ pro σιμοῦν, ὦ πλακοῦ pro πλακοῦν.

E *datiuo plurali Ionicè & Æolicè Poetæ nonnunquam alterum* σ *exterunt:* vt, σφάττοισι pro σφάττουσι, θυμάτεσι pro θυμάτεσσι.

Contractorum

Prima:

Propria *quædam in* κλέης *bifariam contrahuntur, propter vocalium concurſum, Poeticè:* vt, ἡρακλέης, *& contractè* ἡρακλῆς, *in genitiuo habet* ἡρακλέεῳ, *quod bifariam contrahitur,* εο *in* ω, *fit* ἡρακλέως, *&* εε *in* η, *fit* ἡρακλῆῳ, *tanquam à nominatiuo contracto* ἡρακλῆς. *Et contractis* ἡρακλέης, *rurſum contrahitur in* ἡρακλῆς. *Vocatiuus autem* ὦ ἡράκλεες *vel contrahitur in* εις, vt, ὦ ἡράκλεις: *vel alterũ amittit,* ἡράκλες. *Quæ ſyncope à Poetis etiam in aliis caſibus vſurpatur.* vt, ἡρακλέϊ pro ἡρακλέεϊ, ἡρακλέα ἡρακλέα pro ἡρακλέεα ἡρακλῆα. *Hinc regula extruitur: Quæ deſinunt in duplex* εε *loco contractionis, alterum nonnunquam amittunt poetice.* vt, κλέῳ, *in Accuſ.* κλέεα, κλέα pro κλέη: χρέῳ, χρέεα, χρέα pro χρέη. *Sic in duali* τὼ ζάει pro ζάεε. *Sic verò etiam quædam in* ῳ *bifariam contrahuntur.* vt, αἰδόῳ, αἰδόος, αἰδοῦς *&* αἰδῶῳ. *Dat.* αἰδόϊ, αἰδοῖ *&* αἰδῷ. *Accuſ.* αἰδόα, αἰδῶ, *&* αἰδῶα: *vel etiamſi alterum* ο *abiiciat* ω, αἰδῶα.

Dualis *nominatiuus & accuſat. poeticè deſinit in* ει. vt, δ' ἠμοδῆνες pro δ' ἠμοδῆνεε, σκέλει pro σκέλεε.

Plurale *ους poetice amittit iota.* vt ὀστώδεες pro ὀστώδεις.

Secunda: *Quædam in* ις *contrahunt Poetæ per omnes caſus.* vt, ὄϊς *facta ſynæreſi in* οι, οἶς: οἰὸς, οἰΐ, οἶν, οἶες.

Tertia:

Accuſatiuus *ſingularis amittit* α *per apocopen, vel per craſin poeticam.* vt, βασιλῆ pro βασιλῆα, vel βασιλέα.

Datiuo *plurali ſubtrahunt Poetæ* υ. vt, βασιλέεσι pro βασιλεῦσι, ἱππέεσι pro ἱππεῦσι, δρομέεσι pro δρομεῦσι.

Quarta: *Pluralem numerum nonnunquam more quintæ ſimplicium inflectunt.* vt, αἱ κλωθῶες, *parcæ,* κλωθῶν, κλωθοῖ, pro κλωθοῖ, κλωθῶν, κλωθοῖς, *à ſingulari* ἡ κλωθώ.

Quinta: *Contractio, quæ communiter fit in* α *productum à Poetis fit in* α *correptum.* vt, κέρατα, κέρα, τὰ κέρα. *Hoc tamen ita intelligit Anteſignanus, vt non velit fieri contractionem duarum* αα *in* α, *cum talis ex neceſſitate longa foret: ſed fieri apocopen Poeticam ſyllabæ* τα. vt, κέρα pro κέρατα.

POETICA.

Σ. In PRONOMINIBUS etiam ſua libertate vtuntur Poetæ: & præter vſum variarũ dialectorum, nonnulla peculiari ratione efferunt.

- Ἐγώ.
  - Hoc apud Comicos & Tragicos frequenter legitur per aphæreſin ſeu apoſtrophum à fronte ſcriptum: vt, γώ pro ἐγώ.
  - Ad Ionicos caſus Poetæ vel iota addunt per epentheſin: vel ſyllabam θεν per paragogen: vt, ἐμεῖο pro ἐμέο, ἡμείων pro ἡμῶν, ἐμέθεν & per ſyncopem ἐμέθεν pro ἐμέο. Volunt hoc aliqui Ionibus vſitatum eſſe. vt & σεῖο, ὑμείων, &c.
  - In duali νῶι & νῶιν Poetarum eſſe inquiunt.
  - Datiui pluralis vltimam corripiunt Poetæ. vt, ἥμιν pro ἡμῖν.
- Σύ.
  - Ad Ionicos caſus Poetæ vel iota addunt per epentheſin, vel ſyllabam θεν: vt, σεῖο pro σέο, ὑμείων pro ὑμέων: σέθεν pro σέο.
  - In duali σφῶι & σφῶιν Poetarum eſſe inquiunt.
  - Datiui pluralis vltimam corripiunt Poetæ: vt, ὕμιν pro ὑμῖν.
- Οὗ.
  - Ad Ionicos caſus Poetæ & iota addunt & θεν. vt, σφείων pro σφῶν: ἕθεν pro ἕο.
  - Pro huius accuſatiuo ἕ, Poetæ dicunt σφέ. Nam ait Anteſignanus: Euripides & Sophocles interdum vſurpant duale σφέ, pro ſingulari ἕ. Cui etiam addunt θεν. vt, ἕθεν pro ἕ.
  - In duali nominatiuo & accuſ. Poeticè habet σφωέ pro σφέ, in genit. & datiuo σφωΐν pro σφίν.
- Οὗτος. Pro huius genitiuo plurali τούτων, Poetæ dicunt τέων. Sic quidam inquiunt: ſed nos hoc Aeolica proprietate exiſtimamus τέων pro τῶν dici: τῶν autem articulum præpoſitiuum vſurpari pro pronomine τούτων. vt, ὁ pro οὗτος.
- Αὐτός. Pro hoc ſæpenumerò vſurpatur Poeticè relatiuum, ὅς, enim genitiuus οὗ. Vt ita pro αὐτοῦ Poetæ dicant, οὗ pro αὐτ. σφέ.
- Ἑαυτοῦ declinatur in ſingulari diuiſim, præcipuè apud Homerum. vt, ἕο αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ, ἑοῖ αὐτῷ pro ἑαυτῷ, ἓ αὐτόν pro ἑαυτόν: Anteſignanus.
- Δεῖνα. Pro hoc Poetæ dicunt & declinant, ὁ δεῖς, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα.

Ε. VERBI Poetica variatio in eius accidentibus conſpicitur, in

- Figura: Quando cum verbo copulatur vel
  - Præpoſitiones. In Figura Poetica, nonnunquam ex præpoſitione ἀνά, κατά, παρά, ſolum α abijcitur: vt, κάτθεο pro κατάθεο, ἀνέτεινα pro ἀνατείνω, παρέπλω pro παρέπλευσε: nonnunquam conſonantes quoque antecedentes: vt, κάββαλε pro κατέβαλε, ἀμμίξας pro ἀναμίξας. Aliquandò præpoſitio & verbum integra ſeruantur: vt, ἀμφιλύκη pro ἀμφιλύκη, ἐπέτομαι pro ἐφίπταμαι. Quandoque & præpoſitio & verbum aliquid mutationis recipiunt: vt, κάββαλεν pro κατέβαλεν, κάππεσεν pro κατέπεσεν, ἀνστάς pro ἀναστάς.
  - Aliæ partes orationis. Coniungunt Poetæ quaſuis, etiam plures orationis partes, præter vſum communem liberrimè: vt, μεγαλοκαπτοπωλαύχην qui longum obtortum collum habet. Huc pertinet id quod in fine Ἐκκλησιαζουσῶν apud Ariſtophanem legitur, quod ſingularem facilitatem Græcæ compoſitionis arguit, ex partibus vndeuiginti conſtans: [illegible]
- Coniugatione: vbi habenda ratio &
  - Thematis: Hic ergo
    - Obſoleta verba in vſum vocant Poetæ: vt, ἄνω, ἄω, πέφυον: etiam ea, quorum characteriſtica eſt τ: vt, πέτω pro πίπτω, λίτομαι pro λίσσομαι. Dicunt etiam διδοῖ pro δίδωσι, ἀ διδόω, προτιθεῖ pro προτίθησι, ἀ προτιθέω, &c.
    - Ex Barytonis faciunt alia verba Poetæ: vel Barytona: vt, ἀλυσκάζω ex ἀλύσκω, θρωσκω pro θρώσκω, κιχέω pro κίχω, ἐρέω pro ἔρω: accedente etiam reduplicatione: vt, τιταίνω pro τείνω, λιλαίω pro λαίω. Vel circumflexa: vt, ἰκνῶ pro ἵκω, μαχέομαι pro μάχομαι, ἀγινῶ pro ἄγω, & per epentheſin ἀγινέω, στρωφάω à στρέφω, τωμάω à τέμω. Vel verba in μι: vt, ἄχημι ab ἄχω, φέρημι à φέρω.
    - Ex circumflexis faciunt Poetæ Barytona: vt, προκαλίζω à προκαλῶ, πολεμίζω à πολεμῶ, νικητίζω à νικητάω.
    - Ex verbis in μι formant barytona in ωω: vt ῥώω pro ῥώννυμι.
    - Themata noua formant Poetæ à Futuris: vt, οἴσω, à futuro οἴσω, verbi φέρω: δύσω, à δύσω: τίσομαι & νίσσομαι, à futuro νίσω, verbi νίω. Hæc tamen vltra Imperfectum non declinantur, teſte Etymologo.
  - Temporum: eorumq. tũ
    - Initij, ſeu Augmenti: in quo pauca quædam habent peculiaria
      - Augmentum commune η reſoluunt Poetæ in εα: vt, ἑάγην pro ἤγην, ἑάφθην pro ἥφθην, ἑάδε pro ἧδε, ἑάλωκα pro ἥλωκα: quamuis hæc alij Atticis attribuant. Nonnunquam temporali adijciunt ſyllabicum: vt, ἐήνδανε pro ἥνδανε, ἔειπε pro εἶπε, ἐώνηκα pro ἀνῆκα.
      - Incipientia à ρ augent Poetæ, vt cætera, quæ à conſonante incipiunt: vt ῥέραφα pro ἔρραφα, à ῥάπτω, ῥερίμμαι pro ἔρριμμαι, ῥεράπιον pro ἐρράπιον, à ῥαπίζω.
      - Syllabicum augmentum producunt nonnunquam poſitione Poetæ, geminata conſonante ſequente vel aſſumpta externa: vt, ἔλλαβε pro ἔλαβε, à λάβω, ἔδδεισε pro ἔδεισε, à δείδω.
      - Verbis ἄγω & εἴδω Atticè auctis per epentheſin inſerunt Poetæ ſyllabas δε & γο: vt, ἀγήγοχα, vel ablato γ ἀγήοχα pro ἄγοχα: εἰδήδεικα pro εἴδηκα. Sic εἶπε recipit πα Poeticè: vt, εἴπαπε pro εἶπε, ab inuſitato εἴπω.
    - Finis, de quo conſule ſignum M.

H. Finem.

Finem, ſiue Penultimã, fini proximam, temporum Poeticorũ conſiderabimus in Genere

- Actiuo, eiuſque modo
  - Indicatiuo, cuius Poeticum
    - Præſens eſt:
      - In ſecunda circumflexorum, ſi contractio fiat in α, præmittunt Poetæ aliud α: ſin in ω, præmittunt ω vel ο. Ait Anteſignanus ſi vocalis præcedat longa, præmittitur ω ſin breuis, ο. Vt βοάω, βοῶ & Poet. βοάαν. μνάω. μνῶ & Poet. μνάα. πνάω, πνῶ & Poet. πνώω: ὁράω. ὁρῶ & Poet. ὁρόω. Id vero etiam in tertia videtur contingere, vt contractioni præmittatur ω. Dicunt enim Poetæ ὑπνώω pro ὑπνόω, ὑπνῶ: χώω pro χόω, χῶ.
      - Verbum εἰμὶ in ſecunda perſona Poeticè habet ἐσσὶ pro εἶ. In plurali, εἰμὲν & εἰμὲν pro ἐσμὲν, ἔντι pro εἰσί.
      - Compoſita ab ἐστὶ per apocopen Poeticam amittunt verbum, ſola remanente præpoſitione & accentu in penultimam retracto: vt ἔνι pro ἔνεστι, μέτα pro μέτεστι, πάρα pro πάρεστι, ἔπι pro ἔπεστι, πέρι pro περίεστι, ἄπο pro ἄπεστι, ὕπο pro ὕπεστι.
    - Imperfectũ
      - Contractioni ſecundæ circumflexorum Poetæ α, ω vel ο præmittunt, vt in Præſenti: vt, ἐβόων pro ἐβόων, ἐβόαα pro ἐβόα.
      - Verbum ſubſtantiuum in prima Perſona habet Poeticè, ἔον, ἔην, ἔσκον & ἦα pro ἦν. In ſecunda ἔας & craſi ἦς pro ἦς. In tertia ἔε, ἦε, ἔην, ἔσκε pro ἦν. In duali pro ἦτον, habet ἔστον, ἤστον, & in tertia pro ἤτην habet ἤστην & ἔστην. Tandem in plurali, ſecunda perſona ἦστε pro ἦτε: in tertia ἔσαν, ἔσαν, & ἦν pro ἦσαν.
      - Verbum εἶμι in Imperfecto Poeticè habet εἶον, εἶες, εἶε, pro ᾔειν, ᾔεις, ᾔει, tanquam eſſet ab εἴω.
    - Perfectum: Hoc nonnunquam per Syncopen efferunt Poetæ: vt, τέτμηκα pro τετμήηκα, κέκμηκα pro κεκάμηκα. Nonnunquam per epenthesin inſerto κ ante γ: vt ἔκταγκα pro ἔκτακα, à κτείνω, occido.
    - Plusquamperfectum eſt: Nonnunquam Poetæ Syncopen vſurpant correpta vocali vel diphthongo antecedente: vt, ἐπέπιθμεν pro ἐπεποίθειμεν. Quidam, ait Caninius, ab Aor. 2. Ionico ἐπεπίθομεν, ducunt, ſed repugnat quod non ponitur ante Ionicam duplicationem. Sic εἴκειν per diæreſin ἐΐκειν: in plusquamp. ἐοίκειν: in duali ἐοικείτην, diæreſi ἐϊκείτην, & per Syncopen Poeticam εἴκτην.
    - Indefinitum:
      - Quædam Poetica habent α purum, neglecto σ futuri characteriſtica: vt, χέω, χεύσω, ἔχεα. & Aeolicè ἔχευα pro ἔχευσα: καίω, καύσω, ἔκηα: ἀλεύω, ἀλεύσω, ἤλευα pro ἤλευσα.
      - Metatheſin nonnunquam vſurpant Poetæ: vt, ἔδρακον pro ἔδαρκον, à δέρκω, ἔπραθον pro ἔπαρθον à πέρθω.
      - Penultima breui Poetæ geminant ſequentem conſonantem: vt, ἐτίλεσσα pro ἐτέλεσα, ἔφρασσα pro ἔφρασα.
    - Futurum:
      - Anadiplaſiaſmus quoque frequens eſt Poetis: vt, δεδέξομαι pro δέξομαι, πεπείσεται pro πείσεται, ἀμφιέσω pro ἀμφιέσω.
      - Verba ſextæ coniugationis haud rarò σ abiiciunt in futuris primis: vt, δήω pro δήσω, inueniã, à δήω: κλείω pro κλείσω, laudabo, à κλείω: κέω pro κείσω, dormiam, à κέω. Hinc Italorum cheto i. quieto, ſtill, χέω pro χεύσω, ſpargã à χέω. Sic βείομαι pro βείσομαι, à βείω i. βιόω.
      - Quædam futura Poetæ à regulari themate formant, quæ communiter irregularia fuiſſent: vt, δηώσω pro δήξω, à verbo δηόω. Hinc participium perfectum δεδηωμένος.
  - Imperatiuo
    - Contractioni ſecundæ circumflexorum α præmittunt Poetæ: vt, βοάατε pro βοᾶτε.
    - Verbum εἰμὶ habet Poeticè ἔσσο & ἔστω pro ἴσθι: ἔτω pro ἔστω.
  - Optatiuo
    - Contractioni ſecundæ circumflexorum præmittunt Poetæ ω: vt, βοῴμι pro βοῷμι.
    - Aoriſtus ſecundus ſecundæ & tertiæ verborum in μι Poeticè contrahitur: vt, σταίην, σταίης, σταίη, pro σταίην & c. δοίην, δοίης, δοίη, pro δοίην &c.
    - Anomala in μι Poetæ efferunt per οίμην, οίμεθα, pro είην &c. ἴοιμι, ἴοις, ἴοι, pro ἰείην, ης, η. Sic Anteſignanus.
  - Coniunctiuo:
    - Contractioni ſecundæ circumflexorum præmittitur ο, ω vel α: vt, βοόω pro βοῶ, βοάα pro βοᾷ: id etiam videmus Aoriſto ſecundo tertiæ in μι contingere: vt, δώω, δώῃς, δώῃ pro δῶ, δῷς, δῷ & in plurali δώωμεν pro δῶμεν, γνώωσι pro γνῶσι.
    - Terminationi Ionicæ inſerunt Poetæ ιοτα: vt εἴω pro στέω, εἴω pro ἔω, θείω pro θέω: Id quod etiam fit in pronomine, ἐμεῖο pro ἐμοῦ.
    - Primam pluralem in ωμεν efferunt per ομεν, ait Anteſignanus: vt, δείμομεν pro δείμωμεν, adiſicemus à δέμω, δεῖμαι in aor. primo. Ita δείομεν pro δείωμεν, quod etiam Poeticè dicitur pro δῶμεν demus: τύπτομεν pro τύπτωμεν.
  - Infinitiuo:
    - Contractioni hic quoque præmittitur α: vt, βοάαν pro βοᾶν.
    - Atticè formato tẽpore in ειμεναι, Poetæ geminant μ per anadiplaſiaſmum: vt, τετύμμεναι pro τετύμεναι. Quandoque per ἔκτασιν, ει in η mutant, in præmis in prima circumflexorum: vt, ποιήμεναι pro ποιεῖμεναι, κεχρήμεναι pro κεχρεῖμεναι.
- Paſſiuo, de quo ſigno I.
- Medio; cuius variationes Poeticæ ferè ſunt eadem cum Actiuo & Paſſiuo. Etenim
  - Contractis in α vel ω ſecundæ circumflexorum Poetæ quoque in quouis modo præmittunt α, ο vel ω: vt, βοάομαι pro βοῶμαι, βοάασθαι pro βοᾶσθαι.
  - Præterita nonnunquam tranſformant Poetæ per metatheſin: vt, μέμβλωκα pro μέμολα, δέδρομα pro δέδορκα à δέρκω.
  - Præteriti quoque penultimam producunt Poetæ: vt, δεῖδια pro δέδια, à δείδω: μέμηλα pro μέμελα à μέλομαι.
  - Cùm rarò formetur præteritum medium in ſexta barytonorum, fingunt illud frequenter Poetæ: vt, δέδηα à δαίω, κέκηα à καίω, πέφυα à φύω.
  - Tertia coniugatio circumflexorum futurum ſecundum non habet. At verò Poetæ hoc ſibi pro libitu fingere permiſſum exiſtimant: vt, ὀμοῦμαι dicunt in futuro medio, ab ὄμνυω, iuro.
  - Infinitiui Perfectum Atticum per diplaſiaſmum reddunt: vt, τετύφθαι μεμάμεναι pro τετύφθαι μέμναι.

I. *Paſſiui quoque Generis Poetica formatio examinari debet per modos eius & tempora. Eſt ergo Poeticus*

- **Indicatiuus**
  - Contractio *in* α *&* ω *per epenthesin poeticam hæc quoque, vt & in reliquis modis acquiret alterum* α,ο *&* ω, *in primis in tertiis pluralib. imperfecti: vt,* βοώμεαι *pro* βοῶμαι· ἠγοράασθε *pro* ἠγορᾶσθε *ab* ἀγοράομαι· ὀστιχόωντο *pro* ὀστιχῶντο *ab* στιχάομαι. *In partic.* ἀντιόωσα *pro* ἀντιῶσα *ab* ἀντιάω.
  - Tertia pluralis *præſentis Imperfecti & Futurorum formatur poetice à tertia ſingulari, ponendo* α *ante* ται, *vel* το *ſeruato nonnunquam vocali longa, vel diphthongo metri cauſa. Idq; non ſolum in dictis temporibus, ſed etiam in Præterito perfecto & Pluſquamperfecto. Ionicè eodem modo formatis, vt,* κέαται *pro* κεῖνται, *&* κείαται *pro* κεῖνται· ἀπεκέατο *vel* ἀπεκείατο *pro* ἀπέκειντο· ἥατο *&* εἵατο *vel* ἧατο *pro* ἧντο *ab* ἧμαι· ἐρχάδαται *pro* ἐρχάδονται *&c.* πεπείαται *Ionicè, &* πεποίαται *poeticè pro* πεποίηνται.
  - Verba *in* νω, *& alia nonnulla, quæ in præterito amittebant* ν, *illud in Aoriſto primo recipiunt: vt,* ἐκλίνθην *pro* ἐκλίθην, *à* κλίνομαι· ἐκρίνθην *pro* ἐκρίθην *à* κρίνομαι. ἐπινύθην *pro* ἐπινύθην, *à* πνύω *ſpiro.*
  - Nonnunquam *in perfecto per* μετάθεσιν *dicunt Poetæ* ἔστυμαι *pro* σέσυμαι. *Hinc pluſquam perf.* ἐστύμην: *aoriſtus* ἐστύθην: *participium* ἐστυμένος. *In aoriſto item.* ἐτάρφθην *pro* ἐτέρφθην, ἐτράφθην *pro* ἐτρέφθην, *à* τρέφομαι.
- **Imperatiuus:** *In hoc modo vt & in ſequentibus, vbi contractio ſecundæ circumflexorum in* α *vel* ω *fit Poetæ alterum interſerunt vel* α *vel* ω: *vt* βοάασθαι *pro* βοᾶσθαι· βοάα *pro* βοᾶ. βοάασθαι *pro* βοᾶσθαι *&c.*

G. *In reliquis etiam orationis partibus Poetarum notanda eſt conſuetudo. Ergo*

- **ADVERBIA**
  - Nonnulla *à nominibus formant Poetæ adiecta particula* δε: *vt,* Μεγαράδε, *ad Megara:* οἶκονδε, *domum:* ἅλαδε, *ad mare:* θανάτονδε, *ad terminationem mortis: vbi* δε *videtur aſſumere ſignificationem præpoſitionis* εἰς.
  - Vſitata *immutant Poetæ vel addendo aliquid per paragogen. vt,* τίη *pro* τί, *cur? vel auferendo. vt,* τητᾶ *pro* τηνδα, πῆ *pro* πότε. Σ *imprimis &* ν *abiiciunt: vt,* πολλάκι *pro* πολλάκις, πλεισάκι *pro* πλειστάκις, χῶρα *pro* χώρας, ἀτρέμα *pro* ἀτρέμας, ὄπισθε *pro* ὄπισθεν, ἐκατίσθε *pro* ἐκατίσθεν.
- CONIVNCTIONES *ſuo modo efferunt metri cauſa Poetæ: pro* καίπερ *dicunt* καί. *pro* ἄρα ἄρ. *Particulas* παραπληρωματικὰς *proprias habent* θη, κέν, νύ, *&c.*
- PRÆPOSITIONES *Poetæ efferunt nonnunquam per apocopen: vt,* πάρ *pro* παρά, ἄν *pro* ἀνά. *Nonnunquam iota ex abundanti adiiciunt: vt,* ἐνὶ, εἰνὶ *&* εἰν *pro* ἐν. ὑπείρ *pro* ὑπέρ, παραί *pro* παρά, καταί *pro* κατά, περί, ὑπαί *pro* ὑπό.

C. *Duæ vel plures dictiones poetica licentia reſpectu habent inter ſe vel*

- Ortographicum, *quando à Poetis ſoluuntur ea, quæ deberent eſſe iuncta. Eſt ergo tmeſis apud Poetas frequentiſſima, vt & hyſterologia: vt,* περιβάλας ἐπ' ἀγκεῖδη, *pro* ἐπιπεριβάλας ἀγκεῖδη.
- **Syntacticum, vbi obſeruari poteſt**
  - Elleipſis, *exempli gratia Nominis: vt,* ἀλλ' ἄρα τὸν οἱ ὑπερφίαλοι προΐουν, *ait Homerus, & ſubauditur* ὑπὸ Ἄρη *vel* δίκην. *Præpoſitionis item: vt* αἰθέρι ναίων *pro* ἐν αἰθέρι. *Et certè apud Poetas frequenter omittuntur præpoſitiones, ſed ſubaudienda ſunt.*
  - Pleonaſmus *frequens apud Poetas, particularum* μὲν, δέ, *& aliarum, inprimis completiuarum.*
  - **Enallage:**
    - **Antimeria:**
      - Nomina *pro Aduerbiis vſurpant Poetæ: vt,* πλατὺ χαίνειν *pro* πλατέως, *ὀξὺ βοᾷ ἴδεν pro* ὀξέως, ἀρχαῖος *pro* ἀρχαίως, παννύχιος, *pernox pro tota nocte: apud Homer. Iliad.* β. οἱ μὲν παννύχιοι εὗδον *&c.*
      - Præpoſitionibus *verborum loco videntur vti Poetæ: vt* πάρα *pro* πάρεστι, ἔνι *pro* ἔνεστι. *Quamuis revera præpoſitio non ſit ſed verbum per apocopen Poeticam formatum.*
      - Verbis *vtuntur Poetæ vice Nominum: vt,* πίε, ἔσθιε *&* μάχεσθαι *pro* μάχη.
      - Aduerbia *pro Nominibus vſurpant Poetæ. vt,* ἐξ οὐρανόθεν *pro* οὐρανοῦ. *Sic Nicander. Niſi dicere velimus præpoſitionem* ἐξ *abundare.*
    - Qualitatis. *Annotat Euſtathius, ſubſtantiua innumera facere apud Poetas officia epithetorum: vt,* ἀνὴρ γυννὶς *pro* γυναικώδης.
    - **Speciei:**
      - Poſſeſſiuis *vtuntur Poetæ pro Primitiuis: vt,* παρθενικὴ *pro* παρθένος. *Hoc Atticorum eſſe dicit Corinthus ſed pernegat H. Stephanus.*
      - In *pronominibus etiam loco Deriuatiuorum primitiuis vtuntur Poetæ vt, apud Heſ.* μηδέ γυναικὸς νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω. *Hic* σὸ *pro* σοῖς *vſurpatur.*
    - Numeri: *Dualem pro plurali frequenter vſurpant Poetæ. vt,* βρύξαντε *pro* βρύξαντες, βοῶντε *pro* βοῶντες.
    - **Heteroſis:**
      - **Nominum:**
        - Terminationis *ſimilitudine quandoque genus pro genere vſurpant Poetæ. vt,* ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος, *ex Pylo arenoſa. Hic* Πύλος *ratione terminationis videtur eſſe maſculinum cùm reuera fœmininum ſit.*
        - Nonnunquam *ſolius ſignificationis ratione habita negligunt Genus Poetæ. vt apud Hom.* τέτλαθι τέκνον ἐμὸν *καὶ* ἀνάσχεο κηδομένη περ, *pro* κηδομένη.
      - **Generis Verborum:**
        - Actiuum *pro Paſſiuo adhibent Poetæ. vt,* πόλις εὖ ναιετάουσα, *ciuitas bene habitans, pro bene habitata:* πεπληγὼς, *qui percuſſit, pro percuſſo. Ait Caninius ſe vnum obſeruaſſe Aor. ſecundum apud Poetas, qui paſſiuam habeat ſignificationem, nimirum,* ἔτραφον, ἔτραφες, ἔτραφε *pro nutritus ſum, &c.*
        - Paſſiuum *vice Actiui vſurpant Poetæ. vt apud Euripid.* πεφθιμένη αὐτῆς πατέρα *pro* πεφθιμένη. *Sic inquiunt nonnulli. Et tamen mediam terminationem duntaxat quæ ſua quoque natura actiuè ſignificat, pro paſſiua vſurpant: vt* ἐράμαι *pro* ἐρῶ. *Eſt enim illa non minus media quam paſſiua terminatio.*
      - **Caſuum in præpoſitionibus**
        - Μετὰ *poeticè cum Datiuo conſtruitur: vt* μετ' ἀνθρώποισιν ἀνάσσει. *id eſt* σὺν ἀνθρώποις.
        - Περὶ *Datiuum acquirit poeticè. vt,* δείδοικα περὶ ξανθῷ Μενελάῳ, *timui à flauo Menelao.*
        - Κατὰ *cum Genitiuo pro* ἀπὸ *poeticè vſurpatur. vt,* κατ' Οὐλύμποιο καρήνων, *de verticibus Olympi.*
  - Hyperbaton: *vt apud Sophoclem* μὴ νῦν ὄναιμην ἀλλ' ἀραῖος, εἴ σέ τι δέδρακ', ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν. *pro* ἀραῖος ὀλοίμην *id eſt Ne mihi ſit vſura vllius boni, ſed execratus peream, ſi quicquam contra te, &c. de quibus me accuſes. Apud eundem,* ἐλθὼν κἀπὸ δαυλίας, *pro* ἀπὸ δαυλίας ἐλθὼν *καὶ* δαυλίας.